Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sionis in utroq: latere. Et hoc est quod ait scrip
tura; quia cubitus ex una parte penderet. Et al
ter ex altera; qui plus esset in sagorū longitu
dine utrumq: latus tabernaculi protegens;
tabernaculū namq: proprie uocat. Ipsam costi
narū facturā siue coniunctionē. quas uno
utiq: cubito transiebant saga ab australi late
re domus altero a septentrionali; Ideoq: ad ter
ram perueniebant. quia haec triginta cubitos
longitudinis illae duo minus habebant;
Item mensura sagorū per longitudinem domus
quadraginta quattuor cubitis tendebatur. tri
ginta uidelicet cubitos in aequalitate habens a
fronte domus usq: ad summitatē tabularum
in plaga occidentali. Et septē cubitos dependen
tes a fronte domus. septē similiter dependentes
in plaga occidentali; sicq: fuit ut mensura sa
gorū in occidentali latere duob: cubitis excede
ret mensurā costinarū; quia nimirū costinae
desuperuenientes. sicut et supra commemorau
mus. quinq: cubitos eiusdem occidentalis parietis
tegebant. Et tres relinquebant intactos;
Et hoc est qd nunc dicitur; quod autem super
fuerit in sagis quae parantur tecto. Id est unū